



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Emanvelis De Naxera Toletani, E Societate Iesv,
Sacrarvm Litterarvm Interpretis, Regiique Concionatoris.
Excvrsvs Morales In Librum primum Regum**

**Nájera, Manuel de
Lvgdvni, MDCLXXII**

Capvt XXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80101](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80101)

superiores, Principesque intrepida constantia mortem despiciere, ut muneris leges valeant implere. Prodest Chrysothomus in Catena: *Quasi dicat: si me quaritis, nihil vobis ad hoc commune est. Ecce me ipsum irado: usque ad ultimam horam ad suos dilectionis conservantiam demonstrans.* Si se subtraheret, sibi consuleret, sed suos in hostium manibus capiendos desereret; inimicis obviam procedens suorum salutem prouidit, honestamque mortem ob subjectorum incoluitatem Principes, ac duces suis factis oppetere edocuit.

§. LIX.

Milites non tam curant conscientia prouidere, quam fortitudinis gloriam ambire.

Milites.

Grande inter gentes constat esse praeconium, militem inconcussa constantia non exhorreere periculum. Agesilaus (scribit Stobaeus cap. 54.) *Lacedaemoniorum Rex interrogatus, quas res Imperatorem habere oporteat, dixit. Aduersus hostes audaciam, erga subditos beneuolentiam, in opportunitate vero rationem, & consilium.* Laudabilis est in hostem audacia consilio, & ratione iussula, quia asserere non potest laudem, si prudentia inuenterit ordinem. Prius est prudentiae legem colere, quam in aduersarium irruere. Vnde qui exulcerata conscientia certaminis intrat pericula, non audet, sed furit. Vnde Sophocles apud datum Stobaeum aiebat: *Cum diis mouere hastam sapientes duces oportet.* Mouenda est in hostes hasta, sed cum Deo expurgata rite conscientia: nam qui aliter periculosa exambit certamina, deficit penitus a prudentia; verum adeo milites frequenter desipiunt, ut nullam conscientiae habentes rationem, militarem exambiant laudem. Immo timidus, & im-

bellis arbitratur habendus, si animum miles expiarit, & quidquid culpa inquinat, absterferit. Audit Saul a Samuele ab eius animo Deum distare, & piaculis perpetratis sordere: cumque fas esset aliquod tempus in expiando animo laudabiliter collocare, maluit quidquid noctis reliquum fuerat, in castra adenda consumere: *Ambulauerunt per totam noctem illam.* Inquires, cur Saul, cum non ignoraret admissa piacula, & futura belli discrimina, celeriter adeo arripuerit iter ad Martialem pugnam, & contemplerit expiare conscientiam? Nonne lugebit aeternum, si occumbat culpis irretitus, & criminibus sordidatus? Quid ergo temeritatis terminos supergressus, exponitur periculis condemnandus? Quia eo tenentur delirio (inquit Abulensis) qui Martia tendunt ad bella, ut animae non attendant pericula, & euania fortitudinis ficiant elogia. Audi Abulensem *quasi. 47. Ibat in bellum, ibat animo fortiter pugnandi contra Philisthaeos.* Totum studium erat contra Philisthinos pugnare, nec curabat Deum lachrymis ad commolationem allicere. Cum Daniel in Balthasarem exaratum legisset, & enodasset sententiam, totum eius, coniuniarumque studium fuit, ut ex Isaia 21. colligitur, arma prenare, & in campum proflire. Audi de hac re Isaia praecinentem: *Pone mensam contemplare in specula comedentes, & bibentes: Surgite Principes, arripite clypeum.* Ac si dicat: Principes, militesque, qui opipara in Balthasaris mensa se ingurgitabant, & insanis idola laudibus efferebant, ubi audierunt scripturam a Daniele referatam, arripuerunt clypeum, ut procederent ad bellum. *Surgite* (exponit Hieronymus apud Glossam) *postquam comederitis, & biberitis, arma arripite*, id est, toti eritis in arripiendis armis, non in detergendis culpis, quasi frequentissimum sit militibus conscientiam paruipendere, & audaciam bellicam ostentare.

Isai. 21. v. 5.

CAPVT XXIX.

CONGREGATA sunt ergo Philisthim vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrahel: 2. Et Satrapa quidem Philisthim incedebant in centuriis, & millibus: Dauid autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis: 3. Dixeruntque Principes Philisthim ad Achis: Quid sibi volunt Hebraei isti? Et ait Achis ad Principes Philisthim: Nam ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul Regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quidquam, ex die, qua transfugit ad me, usque ad diem hanc? 4. Irati sunt autem aduersus eum Principes Philisthim, & dixerunt ei: Reuertatur vir iste, & sedeat in loco suo, in quo constituiisti eum, & non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis aduersarius, cum praeliari ceperimus: quomodo enim aliter poterit placare Dominum suum nisi in caputibus nostris? 5. Nonne iste est Dauid, cui cantabant in choris dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? 6. Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei: Vinit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris; & non inueni in te quidquam mali, ex die, qua venisti ad me, usque in diem hanc: sed Satrapis non places: 7. Reuertere ergo, & vade in pacem, & non offendas oculos Satraparum Philisthim: 8. Dixitque Dauid ad Achis: Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo a die, qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei Regis? 9. Respondens autem

Fff 3 tem

rem Achis, locutus est ad David: scio, quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei: sed Principes Philistinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in praelium: 10. Igitur consurge mane tu, & serui Domini tui, qui venerunt tecum: & cum de nocte surrexeris, & coeperit diluiscere, pergit: 11. Surrexit itaque de nocte David ipse, & viri eius, ut proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terram Philistinum: Philistinum autem ascenderunt in Iezrael.

TEXTVS.

VERS. I. Congregata sunt ergo Philistinum vniuersa agmina in Aphech: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael.

§. I.

Imprudencia est ea loca frequentare, in quibus expertus es inimicum prauallere.

Periculum.
Locus.

Virtus, vitiumque sunt humanæ voluntatis effectus, non sunt locis adscribenda, aut locorum qualitatibus imputanda: verum negari non potest facilius pedem in lubrico, quam in sicco elabi. *Non tantum corpori (aiebat Seneca epist. 51.) sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus.* Disertè dixit: sunt enim aliqua loca diuersorium vitiatorum, ibique infelicitè soluitur, quæ maior licentia loco debetur. Vbi cantus symphoniarum allicit, vbi Syrenarum delectat accentus, facilius admittitur culpa, & sauciatur frequentius conscientia. Id sollicitè curare debemus, ut vitiatorum irritamenta fugiamus. Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum prorsus abstrahendus; & quidem dum ad eiusmodi loca frequentanda demon viuidiùs instigat, quam sint periculosa, clarissimè manifestat. Philisthai, qui demonum gerebant imaginem, contra Israelitas adornant bella, & in Aphec astutè disponunt castra: Congregata sunt ergo Philistinum vniuersa agmina in Aphec. Et cur potius in Aphec, quam aliis in locis? Quia ibi iam potiti victoria, & ditati præda: Philistinum venerunt in Aphec, & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine terga vertit Israel Philisthai. In Aphec populus corruit, & inde Philistheus prædam copiosissimam asportauit, Arcamque tulit: ergo ibi iterum astutè fixit castra, & iterum est potius victoria. Quam se imprudenter Israelite gesserunt ea loca non deuittantes, & victoriam præsumentes. Aphec suspicantur aliqui locum fuisse spatiosum, & obtendendis insidiis opportunum: ergo ibi Philistheus disponit castra, quia ibi Israelitis certiora pericula. Innuit Abulensis quest. 1. Castrametati sunt Philisthai apud istam urbem tempore Heli sacerdotis, quando rapta fuit Arca in bello, ut patet supra cap. 4. Ipse locus erat Israelitis infelix præsagium, & Philisthai fortunatum auspicium. Fortè Israelita non caderet, si alio loco pugnam iniret; ast, dum sibi repetit periculosa, atteritur miseranda ruina. Pharaon ad aquas oblectationis causa egressus, virgam inuenit, quæ liquorem in sanguinem transmutaret: Ecce egredietur ad aquas, & stabis in occursum eius super ripam fluminis. In aqua Pharaon expertus periculum, & sanguinolentum venenum, aded de-

Sup. c. 4.
v. 2.

Exod. 7.
v. 15.

siquit, ut repeteret, & per medios vortices sibi triumphum promittens innolaret. Quid tunc? In mediis fluctibus disperit absorptus, & voluminibus aquarum sepultus: *Inuoluit eos Exod. 14. Dominus in mediis fluctibus.* Inimici expertus vires in aqua debuisset fugere, & audentius aquas intrare: ergo, dum contemnit periculum, miserandum lubit naufragium. Innuit Basilii Selenciensis orat. 9. *Flumen virga percussus purpurascebat: Nec verò istius vinctæ cursus ante potuit abrumpi, quam virga percussus mare his ier, illis sepulchrum fieri.* Plurimis diuinitus immixtis flagellis Pharaon vapulauit, sed in aqua solùm perit. Ranarum vndantia agmina aures rancis clamoribus referebant: locustæ in modum exercitus innolantes omnia deuastabant: lumen tenebat densis caliginibus euincebant; sed quamvis repetitis fuerit verberibus fatigatus, penitus non perit consumptus; at aquarum fluctus eum violentè absorbit, quia expertus crotem, vndam iterum repetiuit.

§. II.

Prudentia est collectis omnibus viribus contra hostem pugnare, ne paulatim contingat imminui.

Constat felicem esse Rempublicam, quæ multis viribus resplendet armata: nam sicut cælum redditur stellarum multitudine clarum; sic Reipublicæ robur luget militum plurimo stabilitum. *Clypeus ille (aiebat Calliodorus 7. variar. 4.) exercitus nostri quietem debet prestare Romanis.* Dum hostium audacie copiosius resistit exercitus, Princeps vinit tranquillitate securus. Hosti proficit exigua turmas in campum producere, si possit valentiori robore impetare. Satiùs est pacem petere, quam audendo consumi. Hinc militiæ periti, & bene politici duces malunt, collectis omnibus viribus, hostem semel aggredi, quam exiguis manibus certaminis tempus producere, & paulatim ab aduersariis imminui. Hoc consilium amplexi videntur, & quidem felici euentu, Philisthai nam cum non semel antea ab Israelitis fuissent profligati, imminutique; semel collectis rebus viribus cum hoste decertare statuerunt, satius decentes, quam diu pendere, rem prælio unico finire: Congregata sunt ergo Philistinum vniuersa agmina in Aphec; sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael. Dum collectis, productisque omnibus viribus in campum Philistheus prodit, auspicate pugnam init. Ecquis hoc ait? Ipse protectò euentus; nam Philisthai interfecti ceciderunt, & Philisthai egregiam consecuti victoriam, spolia plurima reportarunt. Innuit Abulensis quest. 1. *Omnes Philisthai dispositi per agmina sua venerunt in urbem Aphec.* Productis non copiosis manibus experti, & decreuerunt viribus collectis

Iudic. 7.
v. 1.

collectis fortunam tentare, & audaciam hostis infringere. Gedeon etiam cum Madianitis certamen inturus, copiosas manus producit in campum: *De nocte surgens, & omnis populus cum eo.* Deus multitudinem ad sua remittere iubet, & insolitam victoriam spondet: *In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos.* Et cur Dominus veter copiosas manus producere, & trecentos solum velit pugnare? Iam ipse expressit: *Ne gloriatur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum.* Si Gedeon plurimo milite, & omnibus collectis viribus assequeretur victoriam, non appareret miraculum, trecentis solum viris erat triumphum obtinere prodigium: ergo Deus numerum breuitavit, ut beneficium auget. Verum ipsa historia nobis est pro doctrina, videlicet non esse insolitum collectis magnis viribus de hoste reportare triumphum, & assequi de valido hoste exigua manu victoriam, prodigiosum esse miraculum: exiguum manum opponere, est velle paulatim imminui, & fortunam hostis augere. De victoria certus omnes Gedeon vires produxit in campum, ne prudentia deesset, si parua manu prodiret. *In bellis humanis* (inquit Interlinearis) *numerosior exercitus praestat iuniora subsidia.* Qui numero potest exercitu hosti occurrere, si exiguo occurrat, prudentia infert notam, aduersariorumque non solum fouet audaciam, sed fortunam.

TEXTVS.

VERS. II. Et Satrapæ quidem Philisthim incedebant in centuriis, & millibus: David autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.

§. III.

In bene constituta Republica procures non sectantur otia, sed tractant arma.

Proceres.
Bellum.
Respublica.
Otium.

Otium est morum corruptela, virtutum cinea, & non semel nobilitatis infamia. Pessimus consiliarius inertia voluptates suggerit, vigorem hebetat, mentem infatuat. *Inueniunt virtus* (aiebat Theodericus 5. *variar.* 25.) *presumptione laboris animatur.* Virtus labore viget, & otio cadaverascit. Otium (aiebat Seneca *epist.* 82.) *mors est, & hominis viui sepultura.* Hac tabe homunciones, & prinati liberantur, dum paupertate, aut vite conditione ad non otandum coguntur. Nobiles vero, & meliori fortuna vti huic morbo inueniuntur expositi: bene tamen constituta Respublica dignam generoso sanguine eis occupationem iniungit, scilicet arma tractare, & militarem gloriam acquirere. Vbi Philisthai referuntur exercitum contra hostes adornare, Respublicæ primores, dynastæque dicuntur ceteris anteire: *Et satrapæ quidem Philisthim incedebant in centuriis, & millibus: David autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.* Quos modò Satrapas dixit, Principes, nobilesque Philisthinorum esse Textus expressit. Itaque exercitus ille non solum constabat militibus gregariis, sed Principibus nobilissimis. Principem suum

nobiles sequebantur honori ducentes arma tractare, & dedecori otij oblectamenta sitire. Innuat noster Sanctius: *Præcedebant in acie Satrapæ, id est, Principes Philisthinorum, qui ceteris, millenisque præerant.* Extremum clauderat agmen Rex Achis, cui summa erat in bellica administratione potestas. Euentus belli semper est varius, dum tamen exercitus regia armabatur presentia, & conspicua nobilium copia; faustis processit auspiciis, & futuræ felicitatis præsignis. Principes, nobilesque, qui in frequenti ciuitate, & curia inertia mores corrumpere, in acie sibi pepererunt gloriam, & populo desideratam attulerunt fortunam; triumphis redierunt coronati, qui aliter marcerent otiosi. Dum procerum, magnatumque filij in ciuitatibus, & curiis nulla honesta occupatione erudiuntur, in virtutis detrimentum otiantur: ergo optima politices eiusmodi Marti adlegit, & Republicam egregiis eorum facinoribus munit. *Cor meum* (aiebat Iudic. 5. v. 9. Debbora) *diligat Principes Israel, qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.* Qui ascenditis super nitentes asinos, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, lequimini. Ac si dicat: Quid potestis dicere, qui malulistis asinis nitentibus insidere, quam arma tractare, cum Principes, & nobilitate clari elegerint militiam tractare, non ignobili otio torpere? Innuat Abulenſis hic: *Cor meum diligat Principes Israel, scilicet, Principes illos, qui inierunt ad bellum: congratulatur enim eis Debbora.* Principibus congratulatur bellicosis, non nitidis, & pompaticè ornatis; ab his namque nullum Reipublicæ commodum, & ab illis magnum subsidium.

§. IV.

Nobilior in acie locus non est extraneis designandus, sed propriis militibus exhibendus.

QVamvis militaris honor ad cunctos bella tractantes spectet, in acie tamen his creditum plus videtur, quibus repellendis hostium aduſtibus opportunior statio designatur. *Rerum qualitate perpenſa* (aiebat Cassiodorus 7. *variar.* 4.) *multum iis creditum videtur, quibus conſinales populi depopulantur.* De more apud milites est honori ducere, si pro munimine exercitus ad repellendos hostium impetus prima fronte contigerit collocari. *Ibi* (addit datus Cassiodorus) *impetus gentilis excipitur, & transmissis iaculis fauciatur furibunda presumptio.* De stationis periculo fortitudo querit elogium, & emere proprio sanguine exambit planſum. Ob id Achis in expeditione, quam Israelitis opposuit, egregiis militibus frontem exercitus designauit, & extremum agmen elaudere Davidi concessit: *Satrapæ quidem Philisthim incedebant in centuriis, & millibus: David autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.* Loca proſectò videbantur inuertenda; nam cum David militari robore esset præ aliis strenuus, & tot victoriis nobilitatus, debuisset agminibus anteire, non extremam partem tenere. Cur ergo Achis, si exambit triumphum, priorem Davidi non assignauerit locum? Quia David, etsi robore strenuus, peregrinus erat, & extraneus: noluit ergo bene politicus Princeps exercitum perturbare, si extraneis, & non propriis honorem illum videretur concedere; ægrè namque ferrent proprijs

Certamen.
Honor.
Locus.

proprij, si exercitus frontem occupassent extranei. *Præcedebant in acie* (inquit noster Sanctius) *Satrapæ, id est, Principes Philistinorum.* Princeps Davidem honoravit, suis tamen strenuis ducibus non præposuit, veritus, ne orirentur jurgia, & perturbarentur agmina. Non semel è manibus est elapsa victoria, quia inter milites oritur controuersia, dum agrè ferunt aliis postponi, qui vulnerum cicatricibus, & bellorum pericia approbati debuerunt honore frui, & cæteris anteferrî.

TEXTVS.

VERS. III. Dixeruntque Principes Philistinum ad Achis: Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad Principes Philistinum: Num ignoratis David, qui fuit seruus Saul Regis Israel, & est apud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quidquam ex die, qua transfugit ad me usque ad diem hanc.

S. V.

Quos specialis Principum amplectitur gratia, dura insectatur inuidia.

*Inuidia.
Principi.*

Quisquis emittit, quid appeteret, aut carperet, cupiditati, & linori ostendit: factiosas causas architectatur calumnia, & artificiosis fucis fraudes colorat malevolentia. Quibus sibi debuit strenuus allicere studia, inuenitur excitare animulorum odia. David ea militari peritia, ea in bellis fortuna resplenduit, ut Achis animum sibi deuinxerit, & ad impertiendos ei honores disertum Principem pronoucarit. Repetere posset Cassiodorus, quod de Cypriano scripsit 8. *variar.* 22. *Talem mentis exhibuit constantiam, tantum bonorum habuit propositum, ut semper in se pronoucauerit regium munus. Hæc est certa gloria, hæc indubitata sententia frequenter potuisse mereri, per quod homines constat ornari.* Regis Davidem adornabant iudicia, & jure ad Regis tuitionem præferebatur electus, quia sapius dignis actionibus approbatus: Non inueni in eo quidquam ex die, qua transfugit ad me usque ad diem hanc. Quem Achis expertus fuerat fidelem, adjunxit sibi auxiliarem: verum ubi lateri regio adherere, cuiusque tutelæ honore nobilitari animaduertit inuidia, contra Davidem armauit odia: *David autem, & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis.* Cum David à regio latere distabat, satrapæ nullis denigrabant calumniis; modò verò carpunt inuidiosis querelis: *Quid sibi volunt Hebræi isti?* Non rogant insci, sed æmuli, & dum inquirunt, insidias struunt. Ita Abulenſis quæst. 4. *Non interrogauerunt Principes Philistinorum de istis Hebræis, quid ibi agerent, quasi ignorarent, sed ut haberent locum reprehendendi Regem Achis.* Adnectit: *Isti Principes erant Satrapæ, qui conuenerunt ad Achis, redarguentes eum propter David.* Ut viderunt Regis lateri adjunctum, quis esset interroga-

runt, non sciendi studio, sed calumniandi audacissimo desiderio: nam inuidia semper molitur iniquis suspitionibus deturbare, quem dolet fastigium dignitatis tenere: Moyses Hobab, quia Israelitas à desertorum quibat erroribus liberare, in populi ducem promittit efferre: *Eris ductor noster. Cūque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.* Quid tunc Hobab magnis pollicitationibus incitatus, & benevolentia Principis altis præpositus: *Non vadam tecum* (respondet) *sed reuertar in terram meam.* Et cur deserta eligat, & fastigia dignitatum fastidiat? quia timet, si præfectura luceat cæteris antelatus, inuidientium multiplica querela impetendus. Opponerent Moyli Israelitarum primores, quod Achis Philistinorum magnates, esse scilicet Hobab ceterum, nec licere eo honore nobilitari, & ceteris anteponi: ergo Hobab ut prudens Principis benevolentiam extimuit, quia inuidiam exasperandam agnouit. Narratur (scribit Philo de Temulentia) respondisse inuitanti: *Non proficiscar, malo in terram meam, & gentem reuertari.* Reverti maluit, quia ipsa dignitatis, & dignitatum incrementa fore sibi est suspicatus discrimina.

S. VI.

Ad fastigia à se fuisse non erubescet elatum, quem Princeps agnouerit eximiiis dotibus insignitum.

DE primo prouectu potest esse cunctatio, præcipue si Princeps ad dignitatum limina eligat, quem alienis solum relationibus dignum existimat; experientia, & temporis suffragiis non approbatus, est aliquando eligentis nota, quia videtur defecisse prudentia. Qui noluit per se ipsum veritatem dignis examiniſus indagare, sed aliorum relatu regi, erroribus probatur exponi. Qui verò honores est impertitus, longa experientia doctus, & electi actionibus informatus, nunquam de electione erubescet confusus, quia ratione prudenti innixus. Ornant (aiebat Athalates de Cypriano 8. *variar.* 22.) *tales & nostra iudicia, quoniam bene prius electus creditur, qui sapius approbatur.* Natura ipsa bonis electis perseverantia præiatur: quia minus est laudanda incipere, quam bonorum propositum custodire. Hinc est, quod Achis à Satrapis redargutus, quod Davidem suo lateri adiunxerit, libera fronte responderit, elegisse suffragis temporis approbatum, non alienis solum relationibus dignum. Num ignoratis David, qui fuit seruus Saul Regis Israel apud me multis diebus, vel annis, & non inueni in eo quidquam ex die, qua transfugit ad me usque ad diem hanc. Eis David exornabatur virtutibus, ut iudicium Principis commendaret, & inanes contra eum esse suspiciones ostenderet: ergo Achis non est veritus fateri à se honoribus nobilitatum, ut qui prius fuerit expertus multis virtutum dotibus expolitum. Ingens gloria (aiebat Plinius in Panegyri.) *ingensque fama, cum abundè expertus esset, quam bene humeris tuis sederet imperium, tibi terra, te terris reliquit.* Famam, gloriamque sibi Princeps adauxit, qui

qui Traianum post experientias delegit; nam quantumvis abrodere electionem conaretur invidia, æmulationis occidebat ora experientia. Audi Abulensem *qual. 2. Conueniunt ad Achis redarguentes eum propter David: ipse autem alligauit coram eis rationabilem causam.* Aliquando obicitur Principibus, & Reipublicæ administris impertiisse aliquibus dignitatem, & coguntur erubescere, quia nequeunt ut Achis, obiectio- nibus satisfacere. Qui elegit indignum, ut adu- laretur patrono, qui promouit sine sollicito exa- mine, & vnus, aut alterius solum suffragio, nec sopire quibit querelam, nec depellere no- tam. Qui verò expertus elegit, audacem lin- guam frænauit. Cum Ioseph patri morti proximo filios benedicendos obtulisset, pater decul- satis manibus minorem prætulit. Ioseph instan- ter patris manum amouere studuit; renuit ta- men pater, & se certa scientia moneri ostendit. *Qui remens, ait: Scio, fili mi, scio.* Ac si dicat: Non erubescio de electione, quæ à certa pro- manauit notitia, immò tibi, fili, erubescendum est instituisse sine experientie suffragio, & certæ notitiæ auxilio. *Vernus Iacob* (inquit Hugo) *id est, Christi manus cancellans dexteram suam po- nit super caput minoris.* Nam qui sunt hic in dex- tera mundi, erunt in futuro in sinistra Christi. Ita- que Iacob Christi imaginem retulit, dum non attendit patrocinium, sed meritum, cum sæpè postponatur meritum, quia attenditur patroci- nium. Sic elige, ut redargutus satisfacias, nec rubore linguam contineas.

TEXTVS.

V E R S. IV. Irati sunt autem aduer- sus eum Principes Philisthiim, & di- xerunt ei: Reuertatur vir iste, & se- deat in loco suo, in quo constituisti eum, ut non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare Domi- num suum nisi in capitibus nostris.

§. VII.

*Diuina prouidentia in suorum vertit com-
moda, quæ parabantur ab æmulis
detrimenta.*

Prouidentia. **U**T est cæca humana prudentia aliquando nocendo consilium, consulendo lædit. Quæ ab hominibus disponuntur, incommoda tran- seunt, Deo gubernante, in felicitatis argumen- ta, & inde emergit secunda tranquillitas, vnde sæua timeri potuit calamitas. Sub contraria spe- cie latent aliquando diuersæ causæ, & inuenitur prodesse, qui studiosè adnitebatur affligere. Au- di Cassiodor. 7. *variæ. 47. Patitur hoc improvida mortalium plerumque conditio, ut cum ledere pu- ratur, consulat, & cum consulere videtur: affligat; sed illud magis est eligendum, quod prodesse cognos- citur.* Philisthini è regio latere deturbare Davi- dem conati sunt: Reuertatur vir iste, & sedeat in loco suo: verum Deus eorum est vsus consilio, ut cæco Davidem exolverit nodo: nam si David contra Israelitas pugnaret, culpa forderet infe- *Eman, de Naxera in Reg. Tom. II.*

ctus, si contra Philisthæos, arma verteret infi- delitatis, ingratitudeque defœdatus; ast dum de Regis imperio è castris excedit, nec incurrit culpam, nec infidelitatis, aut ingratitude no- tam. Perbellè Caietan. *Perpende existentiam di- uina benevolentia erga Davidem, prouidendo ei, ut virumque euadat periculum: vel manifestandi se proditorem Achis Regis, vel pugnandi contra Is- rael.* Non poterat David Carybdim vitare, quin incideret in Scyllam; nam si non pugnaret, haberetur proditor, si pugnaret, paternarum legum defertor; ast dum suspicax ad castra non admittit cautela, difficultate exoluit cœ- cissima. Addit Caietanus *Per hanc enim pru- dentiam Principum Philisthinorum exemit Deus Davidem ab utroque malo cum honore, & utilitate ipsius Davidis: honore quidem coram Rege; utili- tate autem, quia hinc sequuta est recuperatio direp- torum ab Amalecitis, quæ in sequenti tractatur ca- pitulo.* Ut Regis latus suis militibus stiparet, ci- uitatem suam armis reliquerat nudam, & hostili incurfioni expositam: ergo honorificè à Rege dimissus euasit culpam, & ablatam ab Amalecitis recuperauit substantiam. Ut repetat Cassiodor. 4. *variæ. 47. Mundanis rebus frequenter nasci- tur de aduersitate prosperitas, & homines, cum læ- dere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt.* Deus in Davidis vertit commodum, quod à Philisthi- nis parabatur dehonestamentum, & David ex- promptè secessit, quia non attendit quo animo procuratus, sed quam sibi utilis esset discessus. Regni procures agrè ferebant Moysen origi- ne Hebræum Ægypti regnum potiri, & regia maiestate fulgere. Hinc patulas aui aures pluri- mis calumniis impleuerunt; ita ut de amittendo immaturè regno reddiderint sollicitum, & peri- culi antevertendi studiosum. Moyses fugam ar- ripuit; ut æmulum odium absentia sopiret, aut saltem frænaret: *Fugiens de conspectu eius moratus est in terra Madian.* E deserto iam Pha- raonis Deus rediit, qui nepos excessit: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Dum magnatum exulare fecit inuidia, ea occasione vsa est, ut ad Deitatis honorem, elenaret prouidentia. Æ- mulorum consilium versum est in Moysis com- modum, & dum putarunt affligere, inuenti sunt providere. Audi Philonem lib. 1. *de Vita Moysi: Occasionem nacti purpurati, & suspectum habentes iuuenem, quem norant aliquando exaltu- rum penas præsentis crudelitatis, quàm primum potuerunt patulas aui aures impleuerunt plurimis calumniis.* Regni primores è solio deturbare ca- lumniarum ariete conati sunt: verum Moysi præter opinionem suffragantur; nam, dum de- litescit expulsus, in Pharaonis Deum resplen- det inauguratus. In Moysis honorem, & com- modum vertit prouidentia, quas insidias dispo- suerat inuidia, & pro Ægypti sceptro donatus est virga, qua imperauit elementis, & quas præ- sagiebant, intulit pœnas Ægyptiis.

§. VIII.

*Aliquando magistratus tantam sibi au-
thoritatem vendicant, ut à se decre-
tum, inuito etiam Principe, stabilien-
dum presumant.*

Vtilitas publica sæpè debet à Principe optari & studiosis conatibus suffalciri; verum cum à Principe disposita aliquam actione indigeant,

G g g vt

Exod. 2.
v. 15.

Magistra-
tus,
Autoritas.

ut entescant perfecta, non potest sine administris perficere, quod salubriter agnoscitur procurare. *Tanta rei* (aiebat Theodoricus nobilem ministrum alloquens §. *variar.* 16.) *quem desideramus effectum, magnitudinis vestra sollicitudine credimus esse procurandum.* Principis mediis in conatibus protisio languescit deleta, ni dignè administrantium fuerit actionibus industriis adiuta: verum non semel, qui expromptè Principi obsequantur, eam sibi arrogat potestatem ambitiosa muneris extensione, ut iam non tam videantur parerè, quam impetare. Adduxerat secum Achis Dauidem, ut inferret hostibus bellum, verum Satrapæ aut prudenti coniectura moti, aut inani suspitione deterriti ad designatas illi sedes reuertendum decreuerunt, & ipsi Regi intimarunt: *Reuertatur vir iste, & sedeat in loco suo, in quo constitisti eum.* Hæc verba non tam rogantium, quam imperantium fuisse tradit Abulenſis *quest.* 5. *Illud fuit per modum sententiæ, & obediunt eis Achis.* Videbantur rationes ad Principis animum flectendum modestè allaturæ, sed tantam sibi auctoritatem vendicauerunt, ut fixè Dauid reuertendum decreuerint, & Regem decretis assentire compulerint. *Obediunt eis Achis.* Non accesserunt in modum rogantium, sed in modum fixè, ac immutabiliter sententiam proferentium: *Illud fuit per modum sententiæ.* Decreuerat Deus, qui Principis temporalis apud Hebræorum populum vices gerebant, gentes deterrè, eorumque possessiones inter Israelitis diuidi. Gabaonitæ, cum nequirent viribus præualere, callida decreuerunt astutia sibi consulere: Ergo populi dynastas, magistratūque adeunt, & oblati muneribus pacem rogant, & inconsulto Principe impetrant: *Susciperunt de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt ... Principes quoque multitudinis inuenerunt eis.* Cito fraus detecta est; nam mendacium, si perpexeris, lucet; cumque vulgus repetitis querelis Principis adurgeret, se eam pacem sacramento stabiliisse responderunt, & à se decretum non immutandum assueuerunt: *Non possumus eos contingere.* Satius erat Principis iussa exequi, quam quæ semel decreuerant, inuolata, & inconcussa fixè sanxerunt. Profectò iuramentum emissum Numinis reclamante præcepto eos non illigabat, à religione tamen mutauere colorem, ut suffulcirent auctoritatem. *Secundum Dei præceptum* (inquit August. *q.* 1 §. in *Iosue*) *debellare deberent; noluerunt tamen frangere iurationem.* Historia miris videtur coloribus adumbrare quod aliquando solet accidere. A Principe statuta interpretatione mutantur, aut aliquo colore eluduntur. Magistratus verò insistant in à se decretis tuendis, & nullatenus immutandis. Achis quodammodo compulsus est cedere, ne à magistratibus decretum videretur violari: *Hoc fuit per modum sententiæ, & obediunt eis Achis.*

§. IX.

Magistratus studiosè Reipublica debent consulere, & periculis suspectis rationabiliter obuiare.

*Magistratus.
Periculum.*

FAs non est leuiter suspitionibus assentire, & alienam famam denigrare: suspiciosi tranquillitati sæpe inueniuntur contrarij: verum quibus

aut familia titela, aut Reipublicæ committitur causa, fundatas suspiciones non debent contemnere, immò eis ad obuiandum periculis obarmari. *Non est tale* (aiebat Cassiod. *variar.* 4.) *pacatis regionibus in dicere, quale suspectis gentibus assidere: ubi non tantum viuis, quantum bella suspecta sunt.* Suspectis gentibus non est fidendum, sed discriminibus, quæ emergere possunt, cautè obuiandum. Nihil suspicio temeraria fundeat, sed benè fundata, incautè viuere non permittat. Ut viderunt Satrapæ Dauidem non exigua manu cinctum castris adesse, & posse sui Principis gratiam eorum sanguinis pretio emere, è castris decreuerunt abigere: *Non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, ciam præliali caperimus: quomodo enim aliter poterit placare Dominum suum nisi in capibus nostris?* Videbant Dauidem profugum, suspicabanturque rationabiliter sui Principis gratiam desiderare, posseque assequi, si Philistinorum turbaret castra, & eorum permixte præstiteret obsequia: ergo decreuerunt sibi constare, & fundatis suspitionibus periculum antevertere. Non dixerunt: *Fiet nobis aduersarius, sed ne fiat,* quod suspicantium est proprium: prudentia tamen fuit rationabili timori providenter occurrere, & periculis obuiare. *Pateras suas* (inquit Rabbi Leni apud Glossam) *magis prodesse, quam obesse, insatando solum consilia Palesthinorum, & in periculis, monendo Israelitas: id quod Satrapæ Palesthinorum facile aduertere poterunt.* Consonat Abulenſis *quest.* 6. *Philistini habebant suspitionem contra Dauid, quia per hoc poterat nimis sibi placare Saulem.* Cum Satrapis incumberet generalitatis providere soliti, & prudenti timerent pericula suspitione, non contempserunt, ut Achis aduocatus, quæ imminere incommoda Reipublicæ videbantur, sed sollicito studio totius populi mulcerent agere causam, quam vnus Principis conciliare sibi benenolentiam. Rebecca Iacob in Mesopotamiam delegat, vtque excedenti periculo, ab Esau seiunxit consortio: *Fuge ad Ladan, & ad fratrem meum in Haran, habita ibi quousque eo dies paucos, donec requiescat frater tuus, & cesset indignatio eius.* Et cur Rebecca non Esau, sed Iacob ad fratris domum remittit? Et cur indignationis flammis credit succensum, & fratris cædem meditatum. Quia ut prudens noluit exulcerato nouam querelam addere, & discrimen antenuerit ubi suspicata est Esau fratris necem vsque ad patris obitum; verum mater reuera, ne demutaret sententiam, & vsque ad illud tempus incautum opprimeret, & cædem tantisper differendo facilius inferret, rationabili suspitione filium maturè periculo eripuit. Inuit *Lira: Si inuadat te, poteris esse, quod ambo eris interfecti: vel si vnus remaneat, oportet, quod sit fugitiuus a me.* Licuit Rebecca presentem indignationi occasionem posset inuenire, licuit, suspitioni utrique filio consulere, & vnus aduentu materiam indignationi substrahere.

TEXTVS.

TEXTVS.

VERS. V. Nonne iste est David,
cui cantabant in choris, dicentes:
Percussit Saul in millibus suis, &
David in decem millibus suis?

§. X.

*Politici, aulique, quem laudibus efferre
videntur, obscurare artificiose
conantur.*

Politici.
Lau.

Politicoꝝ laudes frequenter insidia sunt, eo modo virtutem commendant, eo artificio egregie facta dilaudant, vt quid gloria laudando detrahant, & quam dolent famam imminuant. Quod de Nilotica sylua aiebat Cassiodorus 11. *variarum* 8. adaptari potest curialibus, & politici: *Nescio qua vacuitate plena, plenitudine vacua.* In ipsa laudum plenitudine, si perpexeris, non est difficile deprehendere vacuitatem. Satrapæ Davidis triumphos referunt, sed eo modo, vt plenitudine enacuarent, vacuitate adimplerent: *Nonne iste est David, cui cantabant in choris, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & David in decem millibus suis?* Cantus refertur, plausus ad speciem exaggeratur, sed in ipsa laude latebat inuidia, & occultebatur malevolentia. Quod præcinebant mulieres, erat: *Percussit Saul mille, & David decem milia.* Isti non referunt percussos, sed quibus fuerit militibus stipatus, & dum stipantium adangunt summam, imminuunt victoriæ gloriam: nec enim adeo mirum erat hostem vnicum, quantumuis gigantea mole procerum sternere, quando David decem pignatorum millibus constabat armari. Notauit Glossa: *Invidentes glorie David aiunt eum pugnasse tantum in decem millibus... nec addunt quot percussisset invidentes.* Itaque extollebant triumphum, sed asserabant magno exercitu comparatum, & in ipso laudis suffragio tetrum latebat odium, & lioris apparebat artificium, laus erat ipsa plenitudine vacua, & vera vacuitate, & ad speciem solum lucebat plena. *Non est* (aiebat Ecclesiasticus) *speciosa laus in ore peccatoris*, id est, non habet debitam pulchritudinem, & competentem decorem, quia, aut quid scalpit inuidus, aut minuit auidiosus, aut dolosa arte corrumpit superbus, laudat; sed non speciose, nec debite laudat, vt deprimat, non extollat. Inuit Hugo: *Non est speciosa, id est, Deo placita, vel hominibus gratiosa. Vnde infra 21. narratio fatui quasi sarcina in via.* Sarcina humeros atterit, caput deprimat, & lenare oculos non permittit: ergo aliquorum laus est sarcina similis, quia laudatum videtur extollere, sed reapse inuentum deprimere. Achis aulici, Satrapæque studiosè nitebantur Davidem deprimere, & triumphos referentes videbantur extollere.

Sup. c. 18.
v. 7.

Ecclesi. 15.
v. 9.

Eman. de Naxera in Reg. Tom. II.

TEXTVS.

VERS. VI. & VII. Vocauit ergo
Achis David, & ait ei: Viuit Dominus
quia rectus es tu, & bonus in
conspectu meo, & exitus tuus, &
introitus tuus mecum est in castris,
& non inueni in te quidquam mali
ex die, qua venisti ad me vsque in
diem hanc; sed Satrapis non places:
reuertere ergo, & vade in pace, &
non offendas oculos Satraparum
Philisthim.

§. XI.

*Prudentis est proprio iudicio non fidere,
sed cordatis reclamantibus
demutare.*

Prudentis.
Iudicium.

Prudentis iudicium aliquando aliquid approbare contingit ambiguum, & quamuis non decernat ad subitum, sed temporis, & experientie expectat suffragium, non sic suo iudicio hæret, vt, si plurium, præcipue cordatorum in contrarium norit consensum, demutare renatur consilium, scit facilius errorem vni posse subrepere, quam iudicia plurium deprauari: ergo mauult amplecti sententiam alienam, quam tueri oblinatè propriam. *Multifallum* (aiebat Cassiodorus 8. *variarum* 22.) *Principis animum, quando facile est illudere, cui semper votum est præstitisse.* Achis Davidis fidem, & mores expertus, secum duxit ad castra, & sui commendauit tutelam, verum vbi plurium Satraparum contrariam est expertus sententiam, cessit, & vrbane dimisit: *Non inueni in te quidquam mali ex die, qua venisti ad me vsque in diem hanc; sed Satrapis non places, reuertere ergo.* Non erat Achis ex eis, qui arbitrantur potentiam auctoritatemque suam lædi, & imminui, si aliorum iudicio se submittant, & a decretis semel recedant, sed ex eis, qui prudentie ducunt cordatis annuere, & sententiam demutare. Et quidem, ni Achis Satrapis assentiret, possent iurgia exoriri, & ante congressum acies turbari, aut dum suum non tueretur, sed Satraparum iudicij acquiescit, suam sententiam commendauit. Vt discas cordatis acquiescere, nec tuo pertinaciter iudicio fidere. Opportune noster Sanctius: *Neque fieri posse (ait) vt ipse contra nitentibus illorum studiis aliquid moliat ex sua sententia:* Itaque ni aliter Satrapæ sentirent, Achis, cum haberet Davidis fidem perfectam, cuiusque mores, & ingenium illi probarentur, nil de priore voluntate, decretisque retractaret, animo fixè semper adhereret; verum cum tot viris visum fuerit ex visu non futuram Davidis præsentiam, cessit, & vrbane verbis dimisit. Idem David effecisse legitur, nam cum decreuisset adoriri bellum: *Egrediar & ego vobiscum*, populi prudentiores perpenis vndique rationibus satius esse senserant Regem certaminibus non adesse, sed in vrbe euentum certaminis expectare: *Melius est igitur, vt sis nobis in vrbe presidis.* David, etsi bellicosus pugnam ambiret, & vsui non modico præsentiam suam fore crederet, ad an-

Ggg 2 mos

mos militibus refundendos, & hostium enervandos; ut vidit tamen non infirmis rationibus prudentes inniti, cessit, & sententiam demutavit: *Quod vobis videtur rectum, hoc faciam.* Repetere posset de Davide Cassiodorus, quod de suo Principe 10. *variatur*, 17. *Licet culmini nostro videretur incongruum, libenter acquievisse facere, quod generalitatem probamus optasse.* Experiebatur, cordatos, prudentesque aliter sentire, & non expedire certamini adesse, & quamvis militari ardori quid videretur detrahere, & obediendo suam aut ritatem minnere, prudenter acquievit, seque continuat. *Volebat* (inquit Lira) *esse de primis ad labores, & pericula.* Arbeat bellum, sed securus est plurimorum consilium. Iob de peccatore nimis prudentia sua fiso, & reuera tumoris nebulis obacato aiebat: *Præcipit enim consilium suum.* Achi dicat; Periculosa constantia suo adhaerebit consilio, & qui sapientium sententiam secutus pericula enaderet, in cæca se præcipitia conijciat. Non est constantia, sed superbia semel decreta tueri, & prudenter in contrarium nitentibus refragari. *Consilium* (inquit Lira) *quod cogitabat sibi fore ad commodum, erit sibi incivium.* Sibi prospicit, qui rationabiliter cedit: ergo Achis cessit, & prudentiam suam commendavit.

Iob. 18.
v. 7.

§. XII.

Superior, dum præcipit aspera, modo debet mellire, & comitate lenare.

Superior.
Præceptum.

Scimus (aiebat Princeps apud Cassiodorus 10. *variatur*, 17.) *pro remedio nos datos esse cunctis, non despiciamus sanare subiectos.* Ad subiectorum salutem aliquando congruit alicui aspera iniungere, & ob generalitatis tranquillitatem loca demutare. Prudens ergo superior sic infla proferet, ut vrbantate melliat, & verbis benignitatem disfluentibus molliat. Ut novit Achis Satraparum Davidem suspitionibus denigratum ad castra non admittendum, ut asperum decetum melliret eum vocavit, & quam sibi probarentur eius mores, verbis humanitate disfluentibus ostendens abire iussit: *Vinit Dominus quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo; & exiens tuus, & introitus tuus: revertere ergo, & vade in pace.* Iniunxit aspera, sed humanitate, vrbantateque sic emollire curavit, ut omnia prouidenter componeret. Satrapas non exasperat, dum à castris iubet recedere, Davidis honoris consulit, dum eius virtutes, fidelitatemque non detrectat commendare. Notavit noster Sanctius: *Vocat Davidem, cui id etiam futurum esse molestum existimabat, & caprataprius benevolentia quid constitutum esset à Satrapis, & Principibus ostendit.* Ecce mandatum asperum, & mellitum, quo superiores suo exemplo edoceant iniungenda subiectis aspera, amaraque humanitate mellire, & imperandi modo lenare. Eliseus Giezi iubet stricto cingulo lumbos constringere, & baculum manu gerere: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade.* Facta à se ipsis dissidere videntur: cingulus arctè præcingit, & non modicos secum labores affert. Nam dum cruentis cruciatibus Petrus dicatur, cingulo adstringitur: *Alius te cingat, & ducei quò in non vis.* Baculus laboris est lenamentum, & infirmitatis auxilium, iuxta illud Prophetæ: *Virga tua, & baculus tuus ipsa*

4. Reg. 4.
v. 29.

Ioan. 21.
v. 18.

Psal. 22.
v. 4.

me consolata sunt. Si ergo constringit cingulo, cur allenuat baculo, aut quid solatur baculo, si affligat cingulo? Ob id ipsum, responder Guillelmus. Aspera præcepta dedit, sed quid commoditatis immituit: ut sic commoditas asperitatem lenaret, & Giezi facilius obediret. Guillelmum audi in Allegor. Tilman. ad Gen. 32. *Non videtur mihi, fratres, vir iste desipere, ne plus, quam oportet, sapere, qui prosperitatis illecebras aduersitatis commemoratione declinans leta tristibus, & leta quasi tristia latis conferendo temporibus ipsa temperavit.* Temperavit baculo cingulum bonus superior, quia salubre, amarum dedit præceptum, sed, quia amarum erat præceptum, in baculo prouidit etiam solatium.

§. XIII.

Prudentia est, si male animatos magnates senseris, declinare, nec præsentia irritamentis offendere.

UT sub magnatum tutela, si bene sint animati, degere est laudanda prudentia; sic, si aliter contingat, eorum se aspectui offerre, periculosa est audacia: si se eorum aspectibus subduxerit, qui novit exasperatos, putant despectos, & quam auctoritatis sue irreuerentiam arbitrantur, lenere castigare adiungunt. Te aliquorum auctoritate custodi (monebat Seneca, aliorum epist. 25. aut Cato ille sit, au Scipio, aut Lelius, Magnatibus gratus sub eorum patrocinio degere securus; multis discriminibus obuiat, qui magnatum benevolentiam promeruit; qui vero sensit infensos, prudenter refugit oculos, ne indignationem irritare præsentia, & mutare sibi discrimina. Hinc est, quod Achis, ut Satrapas male in Davidem agnouit animatos, consuluit, ut, si pace vellet frui, discederet, ne præfens viuidiùs eos irritaret: *Satrapis non placeat: Revertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos Satraparum Philistinum.* Et quæ hæc offensio? Eorum aspectibus adesse, quia sic videbatur eorum indignationem despiciere. Notavit Abulenensis questione sexta. *Non offensus oculos Satraparum: si autem maneret hic, offenderes illos.* Salubre dedit consilium, quia præfens sit odium. Et quidem plures calamitatem viuissent, si se prouide subtraxissent verum dum non ignorant male animatos, & periculosa animositatem eorum se aspectibus ingerunt, imprudentiæ penas exoluunt. Deliquerat Adamus, quæ non bene in se animatum Principem agnoscere, se fuga subduxit, & quodammodo multastis est reuerentiam contestatus, dum oculos declinauit confusus: *Vocem tuam audis in paradiso, & timis, eò quod nudus essem, & abscondi me.* Cain grauer deliquerat, horri aperuerat ianuam, & impudenti fronte Domini subiit præsentiam: *Ubi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio.* Fortè si Domini præsentiam honestè erubesceret, non periret; verum dum audaci animositate adest, & meritam penam subit. *A facie Domini proiectus* (scribit Hugo de Sancto Victore in Allegor. Tilman.) *ab intima contemplationis illius luce foras venit.* Agnoscere iratum, & se oculis subicere, fuit inolefere. Adam oculos potentia irata declinando quam reuerentiam exhibuit, quæ & iram fregit: Cainus verò, dum audet, dilatat patientiam, & viuidiùs accendit iram.

TEXTVS.

TEXTVS.

§. XV.

VERS. VIII. Dixitque Dauid ad Achis: Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die, qua fui in conspectu tuo usque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei Regis.

§. XIV.

Opus est aliquando dare querelas, ne citurnitas admissas videatur fateri culpas.

Querela.

Generosa magnanimitatis, & laudabilis patientie est honesto silentio ora signare, & ad iniquè obiecta non respondere: quia tamen aliquando de ipso silentio vires sumit arguentis audacia, & de ipsa patientia arma conflare solet malicia; congruit modeste dare querelas, & illatas sibi manifestè ostendere iniurias. Prouerbum est: *Qui tacet, consentire videtur.* Unde Athalaricus aiebat 8. *variar. 1. Iuste possem reprehendi, si pacem vestram querelam tepide, quam parentes meos constat ardentius expetuisse.* Quam ardentem expetuerant parentes, tepide querelam dare reprehensione censebat dignum, quandoquidem videretur aliqua conscientia grauius, si taceret non querulus. Hinc est, quod Dauid, quæ Achis iam remiserat, iterum explicauit, ne Sathraparum suspitionibus tacendo videretur annuere, & culpa aliqua defecdari. Notauit Abulens. *quest. 7. Si ipse non conquestus fuisset de presumptione habita contra ipsum, tacitè confiteretur, quod ipse talis erat, de quo iuste suspicio haberi posset: ut ergo excluderet à se omnem suspitionem, conquestus est.* Prudentia fuit modeste dare querelas; nam si obmutuisset, Sathrapæ eius silentio suspitionem sufflarent, & fidem quærent. Christi æmuli demonium habere, & Samaritanis moribus informari ei obiciebant, & licet aliàs patienter sustinuisset conuicia, conquestus est eos inani duci coniectura, certa inuidia: *Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.* Id est, iure de vobis queror; nam cum meis factis Dei quæram gloriam, vos confingitis inuidiosam calumniam. Innuit Augustinus in *Caten.* Quasi dicat: *Ego facio, quod deo; vos non facitis, quod debetis.* Inuidia obiecta inflammant, & ambitione cecos ei crimina obiectare, quibus manifestam erat carere. Noluit tacendo fouere insolentiam, quia querelis oportebat reprimere audaciam. Christus Dominus demonia depellebat; quam denegabant Samaritani, resurrectionem adstruxerat, & firmarat; sed quatinus ipsa opera dilucidè calumniam confunderent, & æmulorum inuidiam ardentissimam propalarent, conquestus est, ut qui nouerat silentio in obiecti criminis argumentum abusu, & de fugillatione gloriantes. Sunt, qui patienti modestia, & modesto silentio in suæ patrocini iniquitatis vtantur, & verum, quod iniquè suspicantur, testentur.

Ioann. 8.
v. 49.

Plures datis de industria querelis satagunt culpam tegere, & innocentiam mentiri.

Non semel, etsi conscientia reclamet, color innocentie querelis obducitur, & confundi veritatem prætentitur. Alius de fortuna dat querelas, & adscribit forti, quod iure applicandum est crimini. Alius iudicem iniustam protulisse sententiam clamat muneribus subornatum, non quia ignoret se admissam culpam, sed ut mentiatur querulus innocentiam. Augusto Casari contigerat ob ignatiam graue infortunium, & querebatur prudentibus consiliariis carere, cum ipse aures nollet admonenti præstare. Sæpè exclamauit (inquit Seneca lib. 6. de beneficiis cap. 32.) *horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mecenas vixisset.* Adnectit: *Quid putem? Desuisse similes, qui assumerentur, an ipsius vitium fuisse, qui maluit queri, quam querere.* Quod si erat criminis, adscribebat tempori, & ut tegetur ignauia, deesse sibi veridicos frequenti lamentabatur querela. Dauid etiam queritur de castris sine causis excludi, & iniquis solum suspitionibus infamari, cum tamen ei conscientia nequiret non repræsentare, quæ apud Achis demoratus egerat, & quibus coloribus honestaret: *Quid feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die, qua fui in conspectu tuo, usque in diem hanc, ut non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei Regis.* In Philisthinorum ditione degens contra Israelitas non pugnat, & recta artificiosè veritate Regi sæpius interroganti responderat; sed licet reuera non deesset fundamentum Sathrapis, ipse datis querelis adnuebatur suspicionem infirmare, & suam causam tueri. Innuit Abulens. *quest. 7. Multa fecerat, propter quæ suspicio haberi deberet de ipso, tamen sciebat, quod nemo illa nouerat de Philisthinis, idè loquebatur confidenter, tanquam esset prorsus immis à culpa.* Non exiguum Dauid suspicioni exhibuerat causam, verum cum existimaret ad Philisthinorum non peruenisse noticiam, industrie dabat querelam, ut sic, quæ possent ei obici, propulsaret, aut saltem causam ambiguam redderet. Diabolus ad Christi Domini gentia prouolutus, adoratur, & adstantes fallat, eo tempore vrgeri queritur, quasi contra fas, insque fieret tunc depelli, & quam possidebat, præda dispoliari: *Veni, stis hic ante tempus torquere nos.* Non ignorabat reum se esse, & in plenitudine temporum Christum Dominum aduentasse; verum dabat querelas, ut adstantes existimarent pati violentiam, cum ad dandas querelas foueret audaciam. Notauit hanc demonis versutiam Chryl. *serm. 16. De tempore queritur, quasi ante tempus habere debueris, & non ut exorta est, mox punire: de tempore causatur nequitia facili indurata.* Itaque causabatur, ut nequitiam indurata obtegeret, adstantes falleret, & ad commiserationem alliceret.

Matth. 8.
v. 30.

TEXTVS.

VERS. IX. Respondens autem Achis, locutus est ad David : Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei: sed Principes Philisthinorum dixerunt: Non ascendet nobiscum in praelium.

§. XVI.

Singulare elogium est in curia Angelicis moribus exornari, & ad leges Olympi vivere.

Curia.

IN curiis, regisque aulis frequenter adulatio viget, & ambitio floret. Ut difficile est in locis lubricis pedem figere, in lutosus nulla macula defcendari: sic est arduum in curiis aliorum exemplo non corrumpi, & ad voluptates impelli. *Lenienda sunt* (aiebat aliorum Seneca epist. 40.) *qua me exterrunt, compescenda, que irritant, discutienda, que fallunt, inhibenda luxuria, corripienda auaritia.* Non facile pertinaces eiusmodi morbi sanantur, ni per otium, & in recessu medicamenta applicentur. Cumque in copiosis vrbibus plures luxuriam, auaritiam, ambitionemque respirent, hic halitus pestem secum importat, qua vel sobrias mentes corrumpat. Mirandus fuit David recessibus de vrsu, ac leone triumphos agens, mirandus gigantem lapidis iactu prosterbens; mihi vero videtur mirabilior in Achis curia Angelus, & optimis moribus expolitus: *Bonus es tu in oculis meis, sicut Angelus Dei.* Non potuit sumptuosiore elogio nobilitare, nec laude digniore efferre. *De caelo* (inquit noster Sanctius) *dicuntur venisse, qui omni carent labe, in quibus summa sunt omnia: nam qui de terra sunt, & cum terrenis habitant, aliquid semper trahunt à terrena mole, & concretionem mortali.* Plus quam humanus visus est David nullo crimine inter aulicos sordidatus, & nulla sorditie infectus. *Frater fui draconum* (aiebat Sanctus Iob) *& socius struthionum.* Inter struthiones insipientes, inter astutos dracones incontaminatus adeo resplenduit, ut ei similem in terra non inuenire ipse Deus testatus sit, quo Sathan inuidentia aestuantem referret: *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra.* Cum plures efflorent tunc iusti, & ut Rupertus placet, vinceret Abrahamus, quarendum est, cur Deus aliis prætulerit, & ipse inter astutos, struthionesque dracones in nocua simplicitate vixisse dixerit? Profectò Abrahamus Deum excepit hospitio, & singularem sibi laudem comparauit filij holocausto: ergo Iobo poterit exaquare, aut præferri. Non est dubium Abrahamum eximie coluisse virtutem, sed in conuallibus, & recessibus; ast Iob inter dracones, struthionesque: ergo hac præ aliis dote excelluisse refertur, scilicet simplicitate inter astutos vigere. Prodest Gregorius libro primo Moral. cap. 1. *Sicut grauiori culpa est inter bonos bonum non esse; ita immensi est praecium bonum etiam inter malos extitisse.* Hinc est, quod isdem beatus Iob sibi met attestatur, dicens: *Frater fui draconum, & socius struthionum.* Ita

Iob. 3. v. 29.

Iob. 2. v. 3.

mensi præconij fuit Iobum inter aulicos calliditatem non didicisse, & inter ambitiosos ambitum ignorasse. Ut etiam David retulisse mores Angelicos inter Philisthinos, & aulicos.

TEXTVS.

VERS. X. Igitur confurge mane tu, & serui Domini tui, qui venerunt tecum: & cum de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite.

§. XVII.

Maria celestis aurora lux nostros gressus dirigit, & inimicorum insidias arceat.

COelestis aurora veri solis mater semper hominibus opem tulit, & demonum audaciam repressit. *Tu fidelium fax,* aiebat Methodius in oratione ad Hypopantem Domini. Qui sine luce viam carpit, offendit; qui blanda, temperatòque lumine præeunte iter agit, impedimenta tenebrarum elidit: ergo cum Maria splendida fax sit, qui eam sequitur, securus graditur. Hinc est, quod Achis, ut amorem, quo in Davidem ferebatur, ostenderet, adinuit, ut se de nocte præpararet, & iter, aurora illucescente, festinè arripere: *Cum de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite.* Vt felici auspicio viam inciperet, expectare auroram voluit. Sic interpretatur Abulensis quæst. 3. *Incipite pergere in aurora, ut nemo vos videat recedentes.* Huius sollicitudinis causam expellit Hugo: *Ne Satrapa insidiaretur ei.* Aurora pro tenebris erat Satrapis, pro splendidi facie Davidi: ergo si aurora protegente, illuminanteque, David viam carpat, absint vitabæ Satraparum machinamenta, & occurrentia pericula. David etiam, ut domus suæ stabilem felicitatem præstaret, confugit ad scalam: *Faciens misericordiam Christo suo David, & semini eius in sempiternum.* Acli dicat: Domus mea tam firma non esset, quæ contra temporum adulescentiam inconcussa persisteret, & contra inuidientium machinamenta firma permaneret, ni eam protegeret celestis scala: verum eius patrocinio protectus, & lumine celesti illustratus despiciam infortunia, & assequar facilius celestia, & ne ambigendi relinqueretur locus, ipse Psaltes expellit, hæc diuino oraculo accepisse, & scalam prophetici oculis spectasse: *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob.* Hieronymus in lib. de Hebraic. quæst. sic legit apud Hugonem. *Dixit vir, cui constituta est scala Christo Dei Iacob.* Acli dicat: Ut Iacob scalæ patrocinio fratris eluit odia, & cœpta perfecit itinera; ita ego scalæ virginæ fulcris contra humanas tempestates perennem sumus, & contra demonum adulescentiam protectus. Et quidem qui Mariæ auxilio fruimur, Satraparum, id est demonum eluisse insidias probatur.

TEXTVS.

TEXTVS.

VERS. XI. Surrexit itaque de nocte Dauid ipse, & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad terram Philisthiim. Philisthiim autem ascenderunt in Iezrahel.

S. XVIII.

Prudens ad profectionem necessaria maturè comparat, nec temporis urgentiam expectat.

*Providentia.
Mors.*

Prudentia est cauere etiam, quæ non putantur emergere, & ita se in otio comparare, vt nullis possit subitanis, ac improvisis perturbationibus concuti. Munio (aiebat Cassiodorus 3. variar. 49.) tractanda est semper in otio, quia tunc male quaritur, quando necessarii iudicatur. Cum tempus virget, non bene disponitur, quod necessarium habetur. Hinc est, quod Dauid manè profecturus tempus antenertit, vt necessaria profectioni disponderet: Surrexit itaque Dauid ipse, & viri eius, vt proficiscerentur mane. Dux exemplo præiit, & vt alij surgerent, ipse de nocte surrexit. Si mane Dauidem inueniret imparatum, tempus in se comparando insumeret, & tardaret: ergo cum proficisci mane oporteret, ad insidias Satraparum declinandas auroram non expectauit vt surgeret, sed maturè sibi providens, vbi micare cepit, perrexit. Manè (inquit Hugo) ne Satrapa insidiarentur ei. Vereri poterat Satraparum, quibus erat insensus, si immoraretur, insidias, & opus esset non sine periculo immorari, si plus, quam fas esset

contingeret obdormire: ergo vtili somni, otisque dispendio profectionem adornauit, & alacriter viam arripuit. Quam anxie oburbaretur solitudine, si tempus adurgeret, & Satrapa insidiis circumueneret: ergo prouide antelucanus surrexit, & necessaria profectioni disposuit. Qui plurimum florente vita itererunt, magnis solent angustis premi, cum imparatos mors virget, & conscientia premit. Echmi futuras tempestate præsentientes, cum indigeant lapillis, quibus velut anchoris firmentur, ante tempestatem perquirunt, & ad scopulos fluctibus non impetendos contendunt. Audi dictum Cassiodorum: Dum futuras tempestates agnouerint, loca mutare cupientes (quia illis pro leuitate corporis nandi nulla fiducia est) lapillos, quibus parcs possint esse complexi, quadam anchorarum ponderatione librari scopulos petunt, quos fluctibus vexandos esse non credunt. Verentur Echmi, ne eorum leuitas procellosis vincatur vndis: ergo ante tempestatem aptis se lapillis muniunt, & periculo eluso scopulorum ayla petunt: & homines non pudet necessaria peccatorum expiatione se non munire etiam cum norunt procellosam mortis tempestatem instare. Iacob benedictionem fratri præripuit, frater ingemuit, quia Iacob ex grege heredos attulit, & Elau venatione incerta, quod patri offerret, quæsiuit: ergo Iacob, dum parata assert, benedicitur, & Elau, dum immoratur in quarendo, benedictione priuatur. Ecce odor filij mei (aiebat pater) sicut odor agri pleni. Plenus ager habuit, quo patrem oblectaret; nudus non adeo cito potuit producere, quo placeret. Rebecca (inquit Hugo) consulit Iacob, vt pergat ad gregem, id est, vt afferat ex præhabitis, non ex eo breui tempore anxietate quæsitis.

Gen. 27.
v. 18.

CAPVT XXX.

VM QVE venissent Dauid, & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecita impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni: 1. Et captiuas duxerant mulieres ex ea, à minimo usque ad magnum: & non interfecerant quemquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo: 3. Cum ergo venissent Dauid, & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & uxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas: 4. Leuauerunt Dauid, & populus, qui erat cum eo voces suas, & planxerunt, donec deficerent in eis lachryma: 5. Siquidem & dux uxores Dauid captiuas ductas fuerant, Achinoam I. zraelites, & Abigail uxor Nabal Carmeli: 6. Et contristatus est Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare; quia amara erat anima vniuscuiusque viri super filium suum, & filiabus: Confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo: 7. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me Ephod. Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid: 8. Et consuluit Dauid Dominum, dicens: Persequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei Dominus: Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædā: 9. Abiit ergo Dauid ipse, & sexcenti viri, qui erant cum eo, & venerunt usque ad Torrentem Besor: Et lassi quidam substituerunt: 10. Persecutus est autem Dauid ipse, & Besor: 11. Et inuenerunt virum Aegyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid, decarum, & duas ligaturas vine passæ. Quæ cum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus: 13. Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu? vel unde? & quo pergis? Quæ